Nos Ferdinandus dei gratia Rex Castelle: Aragonum: Leonis: Sicilie: Toleti: Valentie: Gallecie: Maioricarum: Hispalis: Sardinie: Cordube: Corsice: Murcie: Giennis: Algecire: Gibraltaris: Comes Barchine: Dominus Vizcaye et Moline: Dux Athenarum et Neopatrie: Comes Rossilionis et Cerritanie: Marchio Oristanii: Comesque Gotiani: Attendentes vos fidelem nrum Joannem de Villamena oriundum Civitatis Jaccetanie: Regni Aragonum de donem et sufficiente ad tabellionatus officium exercendum: ostensis nobis per vos his quibusdam litteris nostris super eadem provisionibus: ac illas laudabiliter ac legaliter habendo: in exercendo officio memorato constituimus et creamus vos dictum Joannem de Villamena in notarium publicum per totam terram et dominationem nram: tam in universis et singulis terris et locis ditionis et imperii nri subiectis positis recipere et cognoscere testamenta acta attestationes sententias et quelibet alia instrumenta quotiencumque contractuum fuerint: et quaslibet alias scripturas auctenticas et publicas: et eas scribere et scribi facere per substitutum aut substitutos a vobis institutos tamen: de quibus siquidem protocolla sine capibreuia fuerint notularum ut eterne memorie commendentur: Nos enim ipsis testamentis actis attestationibus sententiis instrumentis et aliis scripturis publicis et auctenticis per vos bene et legaliter conficiendis recipiendis scribendis ac scribi faciendis per istos substitutos a vobis auctoritatem nram impendimus pariter et decernimus ut eisdem in iudicio et extra iudicium fides plenaria adhibeatur: et omnimoda obtineant robora firmitatem: tanquam publica manu facta: dum tamen subscriptionem vram et signum apponatis in medem: qua vos auctoritate nra notarium et ipsis contractibus interfuisse teneamini confitemini. Mandantes per presentem cartam nram Gubernatori nro generali: Vicecancellario: Vicecancellario: Iustitiis: Baiulis: Curiis: Superiorum: Merinis: Iuratis: et omnibus aliis officialibus et subditis nris presentibus et futuris: dictorumque officialium locatenentibus quod vos dictum Joannem de Villamena pro notario publico habeant et teneant per totam terram et dominationem nram et instrumentis ac scripturis vris publicis et auctenticis adhibeant plenam fidem. Additumque tamen quod testamenta codicillos instrumenta allorum actus et transumpta acta: attestationes testium et alios scripturas publicos et auctenticas quos quas et quo recipere conficeritis scripseritis aut scribi feceritis intra Comitatus Rossilionis et Cerritanie ac terras confinentes et vallis Spiri nostris simpribus facere: et de medietate preciorum inde habenda secundum ordinationes Regias procuratori nostro Rossilionis aut quibus volueritis teneamini respondere. In cuius rei testimonium presentem fieri iussimus nro communi sigillo in pendenti munitam. Data in Civitate Tirasone die xxviij. Januarii anno a nativitate domini M° CCCC° Lxxxiij°. Regnorumque nrorum videlicet Sicilie anno xxxvij° et Leonis vij° decimo Aragonum vero et aliorum sexto. Johannes de Algabre regens cancellariam.

GOBIERNO DE ARAGON

12184/19

Procesos contra los canónigos de la Iglesia de San Vicente por una cuestión de la Iglesia/ CCCC Ochenta y cinco y ochenta y seis

Exp. núm.

1484-
1485-

Juan Villanueva

Zumeraga

GOBIERNO DE ARAGON
RT. 1006